

» quod aggraventur a dominis de la Scala vel a comunibus civita-  
» tum et terrarum eorum seu aliquibus officialibus vel rectoribus  
» nomine vel occasione ipsorum dominorum de la Scala vel comu-  
» nium predictorum aut alicujus eorum seu ab aliis personis, rea-  
» liter vel personaliter, directe vel indirecte, aut contra formam  
» premissorum quoquo modo vel quod ei, vel eis non observentur  
» ea que dicta sunt et in hoc instrumento et tractatu pacis conti-  
» nentur. Et e converso si dicti domini de la Scala vel alii pro eis  
» aut pro comunibus supradictis vel aliis aut aliquibus eorum con-  
» queri vel dicere vellent quod dicti domini de Rubeis, vel domi-  
» nus Vivarius aut alii predicti seu aliquis eorum non observarent  
» premissa aut contrafacere tenori premissorum, quoquo modo,  
» vel mala tractarent de eis, possit et possint et semel et pluries, ad  
» dominum ducem Venetiarum habere recursum. Et dictus domi-  
» nus dux super talibus querimoniis, expositionibus et gravamini-  
» bus possit quemcumque audire et intelligere ac providere, ordi-  
» nare et determinare, partibus citatis et non citatis, presentibus et  
» non presentibus, juris ordine servato et non servato, et omni tem-  
» pore, id quod et prout sibi videbitur esse justum. In processum,  
» determinationem et sententiam cujus vel suorum officialium quibus  
» ipse committeret, ex nunc prout ex tunc ipse partes et queque  
» ipsarum et quicumque conquerentes vel se aggravantes et aggra-  
» vatores (*sic*) debeant stare et esse contente et contenti. Et de pre-  
» senti et integre observare, attendere et executioni mandare, sine  
» aliqua exceptione juris vel facti, quidquid per ipsum dominum  
» ducem vel officiales suos, quibus ipse committeret determinatum,  
» sententiatum aut declaratum fuerit sub omni strictura, conditione  
» et pena, quam dictus dominus dux vel officiales ejus vellent ordi-  
» nare vel imponere. Et pena in partem seu personam observantem  
» vel aggravatam vel pro qua determinatum foret, si observatum  
» non fuerit debeat devenire. Et tam pro observatione premissor-  
» rum, quam pro pena exigenda et aliis circa hec opportunis,  
» idem dominus dux possit in favorem partis seu persone aggravate